

III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 22.

Oratio lucubris!

Ad sacrum sepulcrum.

Elysium-Meum.—Die Veneris 14 April. 1809. (Neov. 27 Mart. 1809)

S e n t e n t i a .

Tu animas nostras suscitās ante, quam corpora obdormiant ad aeternam vitam! — nihil eam Deus homo! separet, nihil ab tui amore! corpus de pulvere interea tibi reconciliata sancta anima haeres aeternitatis. —

Kloppstock in 10 Cantu Messiae.

Christiani! Solennis hodie dies nobis agitur, dies mortis Christi — quo felix salvatoris recordatio Caelos nobis proponit, ad Caelos nos elevat, in quibus cuivis pro meritorum ratione sedes paratur — Corpus de pulvere coagmentatum est, at reconciliata sancta anima haeres aeternae beatitudinis. O! Deus mediator quanta & qualis isthaec meditatio!

Glorientur, per me licet, Graeci in sua Iliade sua doctrinae auctoritate, efferant, pace mea, meris fabulis, & Deorum multiplicationibus nixam moralem doctrinam, quam diu quaeso vigit? vix tribus saeculis. Niteant, non invideo, Romani dominatu & expugnatione orbis, extollant jactabundi diver-

sas quas subivere periodos regiminis, proponant exemplaria moralis doctrinae: Catones, Senecas suos, quamdiu durarunt? ad summum 5 annorum Centuriis — verum Coeli aperti sunt — Deus homo adparuit, non armis distinctus ad modum Mahometis, non in figura publici ministri prout Confucius, non in persona Occupatoris — apparuit ceu homo infimae Classis, erat pauper, & natalitate exiguus; non ille educationem splendidam, non aulicum adparatum habebat, adparuit ut fabri filius, ejusque doctrina omne, quod rationem & moralitatem sensu percepit, absque armis, absque eruditione, absque donis philosophicarum ea aetate argutiarum allegerat.

Graecam auctoritatem Homerus, Romanam Mantuanus vates celebravit — Germano gloria relicta auctoritatem moralis doctrinae, saeculis 19 durantis ligato scribendi genere complectendi, Messiamque carmine celebrandi. Klopstockius, germanus vates, religiosus, pius, poeta! quanta Germanici nominis gloria? ex pulvere coagmentatum corpus tuum est, anima sancta haeres aeternae salutis in conspectu nunc Messiae nostri versatur; Angelorum chori carmen tuum decantant — tibi Germano canentes occurrunt — gaudium & Jubilus ad Coelos te prosequebatur, redemptio tua perfecta est; morae Credenti nova via est, verba tua impleta sunt. Redemptor coelestis! tu animas nostras suscitas antequam obdormiant, ad perpetuam vitam.

O Cœlestis doctrina! donum Cœleste inestimabile! tu finis & intentio nostræ existentiæ! quod vis mundana neque dare nec adimere volet, prima ubera, larga scaturigo omnis boni! te hominum concelebrat Chorus, ad te futuræ conditionis spes, quæ innata cupiditas est, se attollere debet, omnes gentes, nationes omnes opem & præsidium in te quæsivere, omnes tua beneficia percipere, verum solus Germanus — solus Klopstockius in heroico carmine pereuntem te reddidit.

Excelsa & sublimis, moralitatis gravitatisque plena sancta erat revolutio, quam Christiana religio in orbe protulit. Benigna ejus auctoritas 1809 annis durat, quæ moralis revolutio tandem in orbe viguit? viguit inter subtilissimas, acutissimas, malevolentissimas artes Pseudo Philosophiæ, quæ continuo nisu arma adversus eam eudit, perpetuum bellum eidem denunciavit, quæ armatum brachium ad bonum evertendum continuo sublatum tenuit; Sancta religio! si beneficia omnibus generationibus tua nota non essent, durabilitas jam tua præstantiæ, beatificationis, prærogativæ tuæ argumentum esset; doctrina Christiana integram conversionem in orbe produxit, omnes reliquæ revolutiones aliquot solum annis darentur. Christiani laudant Dominum dominantium orbis in Europa & aliis mundi partibus; Christicolæ sperant & fidunt in Promissis divini sui doctoris, Christicolæ præcepta sa-

rorum librorum adhuc sequuntur & ad hodiernum usque mores iis adcommodantur,

Quales, obsecro, erant Morum præceptores ante Christum? quale, quantumque humane ærumnæ, quæ omnibus communis, solatium affuderunt? quod præmium virtuti proposuerunt? Ite scriptis Senecæ onustiturgurium miseris, ærumnis cooperti hominis petite, legite ejus consolationes iterumque prælegite, explicate ei opum divitiarumque contemptum, at una Biographiam moralis hujus herois ei texite; indicate magnifica ejus palatia, sumtuosam ejus supellectilem, qua Cel. hic Philosophus mollem vitam egerat, memorate ei: ut Neroni de intoxicatione Britannici gratuletur, de matricidio gratulationem deferat, ut ab hoc Imperatore belluino hortis palatiis ejusdem Britannici in præmium vilium adulationum suarum donari curet — his enarratis, an miserum talis doctor, moralis solabitur? an ejus notiones aptæ erunt ad persvadendum?

Adite comite Socrate, hoc Moralistarum omnium celeberrimo, moribundi lectum, date mandatum huic philoplicæ virtutis portento ægrotum, & extremum spiritum trahentem solandi. Interrogabit primum Dæmonem suum (quali se præditum gloriabatur) quid sibi faciendum sit; publicum regimen calumniabitur, tandem fatale poculum ori admoturus, ab iis ipsis Diis, quos ante contempsit, opem implorabit, amicos obsecrabit: sui loco Aeseu-

lapis sacrificent — an putas his ægrotum morientem erigendum? an spem ejus tranquillam reddi? dolores ejus leniri? —

Quam longe diversa est doctrina Christiana? homo Cruci redemptionis adstat atque — brachia ad Jesum victorem mortis expandit: Juro per eum, qui æternum vivit, mortem non amplius mortem esse, die tuæ magnæ consummationis omnes dormientes expecturos.

Carmen 13.

Doctrina moralium Philosophorum præmia vel poenas in hoc solum mundo indicavit, trans Lybitinam æterna erat nox. Ex hac nocte Christus nos extraxit, tenebras dissipavit; ille futuram vitam ceu præmium bonarum atque pœnam malæ actionis præstituit; — in summa; ille nos ex hac incertitudine liberavit; quærite ex infelice: omnibus vitæ deliciis, quibusvis fortunæ bonis orbato qui vitam ærumnis miseriisque circumseptus transegit, quærite ex innocente perperam accusato, in Carcères coniecto, ab omnibus destituto, ad ferale pegma deducto: (O! multos tales eventus locum habuisse meministis) rogate inquam infelices has victimas: an in meditatione: omnia cum iis intermoritura, nihil iis expectandum, sperandum esse, an inquam solatium & compensationem pro malis invenerint?

Infelices! Cur jus æternæ justitiæ potenti dextræ extorquere contenditis? Cur æternum justum injustum reddere vultis? Cur infelicem convincere nitimini: ut vsstram for-

tunam, vestra bona, vestras voluptates respiciat? ille qui nihil sperandum, nihil metuendum habet, ille, qui a suo Creatore vobis docentibus, absque fine in mundum projectus, ille, qui a Deo nihil expectandum habet? Proh! foedam doctrinam, profecto falsam oportet, etenim:

Petrus inter singultus vociferabat:

*Fratres! omnes resurgentem vidistis audite testes?
Iesum Christum vidistis!*

Carmen 14.

Sancti testes! nullum factum tam frequenter, & tam perspicue in historia adnotatum est, Venit homo, & ostendit hominibus viam, ut semet noscere debeant; eorum ærumnam in spem, miserias, quas ambitio iis occultabat, erexit; naturalis relatio, quæ eos & Deum intercessit, ab eo detecta Deus summe bonus, homo eos summe miserum; quem latet isthinc majestas rationis, qua religionem divina vis ambit, religio hæc, quæ potentissimum æque ac debilissimum ad eandem stateram collocat, quæ virtutem non auctoritati, non luxui, non fastui, non opibus, nec violentiæ superstruit, quæ infortunatissimum fortunatissimum æque ad conspectum æternæ justitiæ adducit, O! hæc religio oppresso solamen: oppressori poenam mansuram, supeditat; fortunatusque bonus in ratione actionum suarum idem præmium expectandum habet, quilibet sibi promissum esse scit; hæc religio, hominem misererrimum eas (homo enim ærumnas suas ubivis secum

gestat) divitem & egenum eum Providentia ad nexum collocat, & fortunatissimus eam admirari debet, terramque & cœlum vota alius beatioris vitæ intercedunt,

Si apud animum expendamus: non reges modo, sed & Dinastias, quas omnis pertimescebat, collapsas; si legamus: Medos, Persas, Græcos, Romanos, quæ stuporem nobis eliciunt, horrendo tumultu corruisse, in præceps actos esse, quodque quævis res ambiguis fluctibus ferantur, quod solatii argumentum nobis? quod omnipotentiam, admirandam, providentiam deprædicandam æternam Justitiam celebrandam, ejus voluntatem, ejus remunerationem expectandam, & sapientiam, regna & imperia in nihilum redigentem, ad vilitatam rerum humanarum exhibendam, adorandam habeamus.

Hæc redemptio nos docuit; hæc perspiciendæ evidentæque expectationes, quas cognita rerum etiam maxime sublimium vanitate cordi sumere deberemus; omnia mundi hujus fluxa sunt, spes sola futuri non est. Jam 1809 annis humanum genus solata est, atque erectum tenent; jam rursus — inter persecutiones & execrationes malorum in exilium acta Juribus suis a providentissimo Numine, omnia ad optimum finem moderante, restituta est. Furor Philosophorum, ævum potentæ suæ tentamen nobis relinquentium, diis devotus est. — Desinite ringi, ait Doctor, *arumna vestra me usque penetrarunt, moveri me lacrimis vestris sivi, oculos meos a vestro Cruciatu nequaquam averti, populus ele-*

Et perseverabit, ad celebrandam laudem omnipotentiae meae."

Dixit & factum est. Majestas templorum, Ceremoniarum pompa, religiosæ Institutionis dignitas, fulgor solennitatum, harmonia Cantuum, excellentia sacrificiorum, solatii plena expectatio melioris futuræ vitæ. O! (gratias dicite Domino) Christiana religio fulgentibus radiis cincta adparet — reducit rursus felicem, qui unquam erat, unquam erit — diem hodie aut cras — super innumeris sæculis — Mortuus est, & jam mors nequit nobis mors dici amplius.

Experientiæ horribiles Pseudo. Philosophiæ, quæ feliciores nos redditura prætexuit, luculentum devastationum ejus argumentum exhibent. Non est nobis animus ei thus adolendi amplius; foedum hoc idolum fulmine evangelicæ veritatis confringatur; ejus eversio in conspectu Crucis redemptoris nostri luculenta reddatur, ejus ruinæ altum in terram absorbeantur, ut nullum exstet vestigium. quod devastationis ab ea patratæ memoriam refricet. — Adpare sæva, omnia depascens Pseudo. Philosophia, vanum idolum ambitionis & ch.mæricæ Imaginationis; te coram Tribunali nostrarum residuarum ærumnarum, nostrarum tristium experientiarum advoco, Compare, sis, Idolum devastationis! — En Dei oculum nobis imminentem,

Etus perseverabit, ad celebrandam laudem omnipotentiae meae."

Dixit & factum est. Majestas templorum, Ceremoniarum pompa, religiosæ Institutionis dignitas, fulgor solennitatum, harmonia Cantuum, excellentia sacrificiorum, solatii plena expectatio melioris futuræ vitæ. O! (gratias dicite Domino) Christiana religio fulgentibus radiis cincta adparet — reducit rursum felicem, qui unquam erat, unquam erit — diem hodie aut cras — super innumeris sæculis — Mortuus est, & jam mors nequit nobis mors dici amplius.

Experientiæ horribiles Pseudo-Philosophiæ, quæ feliciores nos redditura prætexuit, luculentum devastationum ejus argumentum exhibent. Non est nobis animus ei thus adolendi amplius; foedum hoc idolum fulmine evangelicæ veritatis confringatur; ejus everasio in conspectu Crucis redemptoris nostri luculenta reddatur, ejus ruinæ altum in terram absorbeantur, ut nullum exstet vestigium. quod devastationis ab ea patratæ memoriam refricet. — Adpare sæva, omnia depascens Pseudo Philosophia, vanum idolum ambitionis & chæmæricæ Imaginationis; te coram Tribunali nostrarum residuarum ærumnarum, nostrarum tristem experientiarum advoco, Compare, sis, Idolum devastationis! — En Dei oculum nobis imminentem,